

collectionem exigunt in servitio domini sui ad bibendum vinum et ad miscendam ebrietatem¹.

Nunc² vero ad supradictum Amagiensem³ locum, quid iure pertineat, convertamus explicandum. Silva de Giuro, silva de Erleverceis⁴, Gisloldi saltus⁵ adiacet, unicuique sibi adherens usque ad extremum confinium aquosa et pene invia palus. Sciendum vero est, quod silva de Giuro pertinet tantum ad custodiam vilici, de qua nec vendere nec dare ei conceditur, sed rusticis ad domos construendas et ad ignem concedimus faciendum. Hec autem omnia sub tutela Amagiensis prepositi permaneant semper. Trans fluvium est viculus Alnus⁶ nuncupatus ad alendos greges cuiuscumque generis aptissimus, de lignis et materie nundinarum portus indeficiens, Duacense castrum et provincialia loca in circuitu lignorum copia et domorum culminibus indesinenter adimplens. Non solum hunc viculum, sed et Marceniensem et Amagiensem situm sic natura protulit, ut in circuitu eorum undam superfluum pariter gigneret et lutosum bitumen. — —

Fol. 134'. Erat etiam Warlennium supradictum quoddam vicinum prebendolium ad sanctos pertinens iuxta quod, ut fama est, minoris prudentie minusque provida quedam abbatissa⁷ cuidam militi de genere suo, quod non oportuerat, inconsulte donavit et exinde sibi ecclesieque dampnum non modicum insipienter ingessit. Idem vero locus modo quidem desertus et sine habitatore inanis videtur et vacuus. Porro, si rursus incolę redeuntes ibi degerent, ecclesie Amagiensis, sicut iam fuerant, parroechiani essent de vivis et mortuis, de decimis ceterisque istiusmodi. Si autem de forensibus causis inibi forte quippiam contingeret, videlicet de banno, de furto, de teloneo, de iuvento vel de his similibus ad prepositum monasterii et ad eius vilicum nichilominus pertineret. — —

Fol. 135 leider $\frac{2}{3}$ unten mit der Scheere abgeschnitten. Auf fol. 135' liest man:

1) Ueber die Vögte wird in mittelalterlichen Quellen fortwährend geklagt. Vgl. besonders Abbonis Coll. can. c. 2. Charakteristische Beispiele für die Raubsucht und Rücksichtslosigkeit der Advocati bieten Mirac. S. Benedicti (ed. Certain) VI, c. 3; bez. Corbies eine Urk. Roberts II. v. 1016 b. Martène, Collect. ampl. I, p. 379, bez. Senones eine solche Adalberos II. von Metz v. Jahre 1000 in Gallia chr. XIII, instr. 461. 2) Von 'Nunc — semper' andere Hand. 3) Heute 'Wandignies-Hamage'.

4) Statistique archéolog. du Dép. du Nord (1867) II, S. 650: 'La cour et le vivier de Eleverchies sur le fossé de Riulai venant de la Scarpe jusqu'à ce vivier'. 5) Wohl der Wald, der in der S. 463 N. 4 angeführten Urk. 'Gislaufait' genannt wird. 6) Alnes. 7) Iudith. Vgl. Mir. S. Rictr. c. 14, a. a. O. p. 92.